IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477

Seite 168v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

gladios tamquam aculeis et exarserunt quasi ignis in spinis
me velocitas consumari sicut igni spinas ita conbures
in nomine dni obtigit contrarius quia ultus sum in eos qui
ea que michi intulerant in eos refusa sunt
Bonum est sperare in dno quia Impulsus eversus sum
ut caderem in mortem sed dns quem solum adiutorem
quesiui suscepit me ne caderem
Quia fortitudo domini virtus fecit sic qui impulsus non
corui et eversus steti ideo ipse michi laus erit spm glria;
ipm fortitudinem meam dicam quia in hac tribulationis
morte factus est michi in salutem
Vox exultationis et salutis resonet in secreto
cordium iustorum qui facti sunt tabernaculum domini p inhabi-
tantem spm scm
Qualiter autem dns sit factus fortitudo sibi et salus aut
dextera i potentia domini fecit virtutem dando michi
virtute victorialem de hostibus dextera domini exaltauit
me quia ab humilitate diuersarum passionum virtute
eius eleuatus sum
Ideoque non moriar morte eterna tanta virtute stipatus
sed viuam vita gre in xpo perpetualiter et quamdiu hic
ero narrabo alios opa domini quia michi semp et vbique
auxiliatur
Non moriar qz et si aliqua mala intulit michi dns ad
correctionem fecit quom castigans castigauit me
dns ad emendationem et morti eterne non tradidit sicut so-
let castigare suos multis verberibus ut emendatos
eruat a morte perpetua
Cum autem salutaris huiusmodi facta sit p fidem xpi
passi et glorificati ipsa in psona huiusmodi petens in
gressum huius fidei dicit Aperite o nos apli et celestis
doctores michi accessum ad fidem et sacramenta celestia
que iustificant et p que datur ingressus ad loca celestis glie

et ingressus